



**Regvla Morvm Sive Tractatvs Bipartitvs De Sufficienti Ad  
Conscientiam Rite Formandam Regvla In Quo Usus  
Cujusvis Opinionis Practice Probabilis Convincitur Esse  
Licitus**

**Terillus, Antonius**

**Leodii, 1678**

Quæst. XXXII. Vtrum poßimus solùm probabiliter opinari probabilia?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77827](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77827)

## QUÆSTIO TRIGESIMA. SECUNDA.

*Vtrum possumus solum probabiliter opinari  
probabilia?*

**C**elladeusam singularem opinionem te-  
nunt. **E**LECTARI videtur Celladeus, quando, datâ vel etiam  
quæstâ opportunitate, singularem aliquam suam doctrinam,  
communi omnium opinioni re-  
pugnantem, exhibere potest. Sic præsentem quæ-  
stionem arripuit, ut contra communem Aucto-  
rum sensum probaret nullam de probabilitibus pro-  
babilitatem dari posse. Hac in re postquam falsus est, Auctores quosdam certò probabilia à  
probabiliter probabilibus distinguere, tandem  
partem affirmantem, probabilia probabiliter cognosci posse, tribuit cuidam Dialogistæ, quem  
superficialem appellat, eò quid multa statuat, sed  
sine probatione assertat. Huic ut manum porri-  
geret, exprelle assertit, se aliquot argumenta pro  
illa parte suppeditasse. Et quidem nonnulla at-  
tulit in Appendix quæst. 4. §. 1. ubi quæstionem  
istam pertractat. Verum argumentis illis à se allati  
non satisfacit, ut in progressu apparebit. Quis  
ille Dialogista sit, ignoro; sed cum eandem ego  
opinionem in tract. de Conf. prob. tradiderim, il-  
lamque existimem esse certissimam, justum putavi  
rem hanc iterum hic, sed breviter & efficaciter  
probare, ac deinde Celladi argumenta ad examen  
vocare, eorumque nullitatem ostendere. Sit ergo.

### ASSERTIO PRIMA.

*Objectum scibile ab aliquibus cognosci potest  
tanum opinative.*

**2. PROBATOR.** Omne objectum tot viis  
potest cognosci, quot viis proponi potest.  
At objectum idem, quod uni clare & evidenter  
proponitur, alteri proponi potest obscurè & in-  
evidenter. Ergo objectum, quod clare & evi-  
denter scitur ab uno, ab altero cognosci potest  
obscurè & solum probabiliter.

Id ipsum exemplis evidentissimis comprobatur.  
Astronomi certò & scientifice scunt Eclipsis  
tali die ac horâ futuram. Eadem autem Eclipsis  
non certò & scientifice, sed solum probabiliter  
affirmat ille, qui solum Astronomi afferentis  
auctoritatis fuis, credit illam tali die futuram.  
Idem valet de aptitudine instrumentorum, qui  
bus Mathematici & camporum & temporum spa-  
cia metiuntur. Haec Mathematici certò & scien-  
tifice nō sunt, alii verò solum probabiliter ex  
auctoritate fallibili eandem affirmanz. Demum  
nos aliqua solum probabiliter novimus. At Deus  
& Angeli eadem certò & scientifice norunt. Ergo  
quod Angelo est scitum, nobis est probable.  
Ergo fieri etiam potest, ut quod ab uno homine  
scitum est, alteri non scientifice, sed solum pro-  
abiliter innoteat.

### ASSERTIO II.

*Idem objectum, quod ab uno evidenter co-  
gnoscitur esse probabile, ab alio solum  
probabiliter cognosci potest esse  
probabile.*

**3. PROBATOR.** eisdem argumentis, quibus Probabilitas  
prior assertio. In primis probabilitas op-  
tionis est objectum indifferens, ut sciat, vel  
ignoretur, ut patet. Ergo hoc objectum pro-  
poni potest per media diversa, nempe per auto-  
ritatem fallibilem. Si primo modo, probabiliter probabili-  
& fallibiliter cognoscetur; certò & infallibiliter  
si secundo. Similiter eadem proponi potest per  
rationem evidenter; & illi, quibus sic proponi-  
tur, eam certò sciunt. At alii proponi potest  
solum per conjecturas & rationes probabiles ac  
fallibiles; qui proinde eam solum probabiliter  
affirmanz.

**4. PROBATOR.** Ponamus con-  
stare nobis, quod omnes opiniones tali libro plus proba-  
contentæ sint probabiles, eò quid Ecclesia illud tur.  
declaraverit, aut ex communi omnium sensu id  
ipsum constet. In hoc casu, qui librum illum  
legit, certò novit tales propositiones esse proba-  
biles. At qui librum nunquam legit, nec novit  
quænam propositiones contineantur in illo, hic si  
à viro fide digno audiat, talem propositionem in il-  
lo libro contineri, probabiliter illi tantum credit, &  
consequenter solum probabiliter novit, illam pro-  
positionem esse probabilem; quia probabilitas talis  
propositionis per hoc solum illi innoteat, quid  
in illo libro contineatur; hoc autem illi certum  
non est, sed solum probabile. Secundò, sapè  
homines errant affirmando ea esse probabilia,  
qua non sunt; & negando ea esse probabilia,  
qua sunt; ut patet in hereticis dicentibus, sua  
quidem esse, Catholica autem dogmata non esse  
probabilia. Ergo probabilitas opinionis potest  
erroneè & inevidenter cognosci. Ergo etiam in-  
evidenter & verè; & co-sequenter probabiliter.  
At ali, aut etiam idem homo diverso tempore,  
eandem evidenter cognoscere possunt. De-  
mum paritas à scibili id ipsum efficaciter confir-  
mat.

**5. His addi possunt alia non multum dissimilia,**  
ab ipso Celladeo contra se proposita. In primis  
Auctores disputant, an unus Auctor prius & do-  
ctus faciat opinionem probabilem. Quidam af-  
firmant, alii negant. Neutri partis assertæ evi-  
dential habent. Ergo objectum illud proponi-  
tur, solum ut probabiliter probabile. Et sane  
multæ

Alia argu-  
menta Cel-  
ladei id ipsū  
probantia.

multæ hujusmodi questiones de ipsa probabilitate procedunt. Ergo probabilitas sèpè non certò constat. Ergo ut summum probabilitatem, aut probabilitius. Secundò, sèpè probabilitas latet sicut veritas, & ideo investigatur, sicut veritas. Ergo sicut assentimur vero, probabilitatem & non evidenter invento, sic assentiri possumus probabilitati, probabilitem & nondum evidenter inventa. Demum in multis impossibile nobis est veritatem ipsam certò assequi, & cogimur in opinione sìstere; sunt autem opiniones contrariæ, de quibus difficultè dicitur est, quānam sit probabilitas, ac proinde de talibus utiliter opinari possumus, quānam ex opinionibus contrariis sit probabilitas, aut probabilitas oppositæ. Nec mirum, quia probabilitas aut probabilitas sèpè non est magis per se nota, aut magis demonstrabilis, quām ipsa rei veritas. Ergo sicut veritas rei latèr potest indemonstrata, sic & probabilitas aut probabilitas. Ergo tunc rite opinamur circa probabilitas aut probabilitiora. Hæc Celladeus, quibus non aliter respondet, quām remittendo se ad rationes, quibus conatus est probare oppositum. Harum rationum nullitas ubi apparetur, apparebit etiam cum argumentis allatis non satisfecisse.

## SOLVUNTUR OBJECTIONES.

**Objectio I.** 6. **O**BJICIT primò. Omnis propositione opinabilis vel est propositione immediata, seu per se nota; vel est mediata, & ex aliis deducenda. Si primum, est evidenter probabilis, quia est principium opinandi mediata. Ergo sicut principium demonstrandi est propositione seipso immediata evidens, ita propositione probabilis immediata est manifestè & evidenter opinabilis, ac probabilis. Si secundum, rite deducitur ex opinabilibus immediatis. Ergo est evidenter probabilis & opinabilis. Ita Celladeus in *Appendice quæst. 4. § 2.*

Solutio.  
Objectio confirmat  
noscit am af-  
fert. on. m.

Respondeo in primis, arguenda à nobis allata procedere de propositione probabili mediata. Quare dato, non concessio, quod dicitur de propositione probabili immediata, atque de legitima illatione probabili mediata, dico, nostram assertione ex hac argumentatione stabiliri non impugnari, quia ex illa solum sequitur, objectum consequenti illati esse evidenter probabile. Verum, objectum illatum non est veritas propositionis propria, sed ejusdem probabilitas, quæ queratur, & de qua dubitabatur. Ergo solum inferatur, quod detur probabilitas propositionis propria. Verum hoc non inferatur evidenter, sed solum probabilitate & formidolosè, quia præmissæ supponuntur esse probabiles, quæ proinde non magis certificant de consequente, quām de scipis. Ergo probabilitas, illata ex vi propositionis immediata & evidenter probabilis, non affirmatur certò & evidenter, sed solum formidolosè & probabilitate, ut apparet in casu propositionis contenata in libro, de quo constat, omnes propositiones in eo contentas esse probabiles; nam si non aliter milii innotescat talis propositionis probabilitas, quām quia est in tali libro, & non aliter scis quod sit in illo libro, nisi quia vir fide dignus hoc dixit; tunc utique non firmius dico propositionem esse probabilem, quām credo virum illum esse veracem. Hoc autem solum credo probabilitate. Ergo probabilitatem propositionis illius solum probabilitate credo, quamvis credam illam dependenter à propositione evidenter probabili. At postea certificari possum, quod propositione illa contingatur in illo libro, & consequenter cer-

tò scire, quod illa propositione sit probabilis.

7. **A**equivocatio Celladæ in eo veritur, quod **equivo-  
cum** evidentiam probabilitatis premiarum confundat **Cella-  
dæ**, non conclusionis dei-  
formalis rite deductæ (hæc enim solet esse evi-  
dens) sed objectivæ, quæ solum potest esse pro-  
babilis ex vi præmissarum probabilium, ut ex lo-  
gica notum est. Distinguat hæc, & nullitatem  
argumenti videbit.

8. Deinde respondeo, omnem propositionem esse immediatam, cujus termini ex sola eorum propositione penetratione inter se connexi videntur. Aliquando connexione est tam perspicua, ut intellectus rapiat in assensum. Tales sunt omnes propositiones ex seipso evidentes. At quando hæc evidentiæ deest, magna prorsus est diversitas inter reliquias propositiones immediatas, nam aliquæ sunt fide dignissimæ, & omni prorsus exceptione maiores; & tales, si reflexè inspiciantur, evidenter apparent esse probabiles, & non aliter sunt signatae in mente, quām sint in seipso exercitæ. Aliæ sunt quidem dignæ fide, quia si proponantur homini nullum præjudicium habenti, nec indebet propenso, aut inclinato ad illam partem, manifestè mercentur fidem; si intellectus aliter disposito non ita apparent. Hujusmodi propositiones immediatas, si reflexè considerentur, non statim producunt evidentiæ suæ probabilitatis, sed unividentur, alteri non videntur probabiles, huic magis, illi minus probabiles apparent, juxta dispositionem uniuscujusque. Aliæ non sunt fide dignæ, illis tamen ob imprudentiam homines sèpè assensum præbent, quia ob effectum indebitum apparentia veritatis ægetur, & ex imperio voluntatis intellectus præcipitur ad illis assentendum. Ex his constat, non omnem propositionem obscuram immediatam esse probabilem. Similiter constat non omnem propositionem immediatam statim evidenter prodere suam probabilitatem; unde fieri potest, ut conclusio legitimè inferatur ex propositione verè probabili, absque eo quod nobis certò constet, conclusionem, aut etiam ipsam præmissam esse verè probabilem. Nec valet paritas à principio evidenti, quia omne principium evidens, tantæ claritatis est, ut seipso suamque qualitatem vel primo aspectu evidenter ostendat rapiatque intellectum ad assensum. Quod si aliquod principium evidens tale non esset, sed ob effectum indebitum posset non clare manifestare seipsum, de illo idem dicendum est, quod dicitur de propositione obscura immediata. At propositione immediata obscura plura complectitur membra, quorum aliqua non ita manifestant suam qualitatem, quin ob diversam dispositionem eorum, quibus proponuntur, diversa efficacitatis appareant. Itaque loquendo de ipsis principiis probabilibus, non omnia semper sunt evidenter probabilia quoad nos, quamvis quoad se verè sint probabilia.

9. Præterea dantur illationes quædam solum **Dantor il-  
lationes fe-  
bilis.** probabiles, quales sunt illæ, quæ fiunt à paritate rationis, aut ex inductione quadam imperfecta, non habente certam & infallibilem connexionem cum re illata: constat enim nos sèpè ex ejusmodi causis consequens inferre, cùm tamen ex tali modo arguendi nil certò & evidenter inferri possit. Itaque ex præmissis probabilibus, aut etiam evidentiis, sequi potest conclusio probabilis, ita ut ipsa illatio sit solum probabilis, & probabilitate connectetur cum consequente, cùm stante veritate antecedentis possit esse falsa. Itaque in tali casu illatum esse poterit solum probabilitate probabile.

Si

Si enim ipsa probabilitas inferatur, unique erit solum probabilitas talis, cum tantum probabilitas inferatur.

*Vis formæ syllogisticae imperfectæ cognosci potest.*

10. Neque obstat, formam syllogisticam in scibiliis & opinabilibus esse proflus eandem, & cùm necesse ac evidentiâ concludere. Hoc enim ita admittitur in modis & figuris perfectis syllogismorum, qua tam demonstrationibus, quam opinionibus formandis sunt communes, ut negetur in modis inferendi imperfectis, qui demonstrationibus formandis nequeunt defervire. Porro, quamvis defectibiles illi, & imperfecti discurrendi modi examinari possint per bonos syllogismos, ex illis tamen nū amplius concludi potest, quam quod illatio per modos imperfectos facta sit probabilis & de plerumque, non necessaria & evidens, ac de semper.

Rursus ratione dissonum non est, quod optimæ syllogismorum formæ tam imperfectæ ab aliquo habeat percipiantur, ut illi non apparent habere necessariam & infallibilem, sed solum probabilem & formidolose credibilem vim inferendi. Hoc colligitur ex imperfectione & diversitate ingeniorum, ratione cuius quod unius est clarum, alterius manet obscurum, & quod unus perfectè, alter minus perfectè cognoscit. Ergo licet unus videat necessariam connexionem, alter minus videat poterit, & solum discernere, quod contingenter & in plenisque inferat. Hoc si Celladeus confideret, non tam fideret dixisset, nullas esse syllogismorum formas in se certas ac infallibilis, quam imperfecte cognosci possint, ut sic intelligenti sint solum probabiles.

Objecio 2. 11. Objicit secundò. Probabilitas probabilitatis ita probari debet, ut tandem fistamus in aliquo principio primo, ultra quod non progredimur in nostro discursu. Hoc principium debet esse evidenter probabile. Ergo intellectus nunquam opinatur probabilitas probabilititer, quia intellectus incipere debet à per se notis, & ab illis progrederi ad per se nota. At in probabilitate probabilibus non inventur primus assensus, immediate & evidenter probabilis, alioquin tota series conclusionum esset evidenter probabilis. Non ergo datur assensus opinatiuus probabilitate probabilitum. Ita Celladeus §. 3.

Solutio. Respondeo imprimit, transeat antecedens, sed consequentia negatur, quia incipiendo à per se probabilitate notis, ex illis evidenter quidem inferimus consequens quoad vim illationis, sed illi non fortius assentimur, quam præmissis. At illi solum probabilitate assentimur. Ergo solum probabilitate probabilitate consequens. At consequens est probabilitas propositionis quæsita, ut videre est in exemplo allato. Ergo probabilitate opinari possumus probabilitatem aliquius propositionis, quando probabilitas illa latebat, & per media probabilia investigatur. Et quidem assignari potest primus, aut certè proximus assensus probabilis, in quo fundamur; nempe quod verum dicat, qui dicit talem propositionem contineri in illo libro. Hoc non est evidenter verum, sed ad summum evidenter probabile, ut patet. Ex hoc autem totum intentum directè inferatur, ut conflat ex argumentis pro assertione allatis.

Alia respo- 12. Deinde respondeo, principium, in quo fio. fundamur, esse posse solum probabilitate probabile, eò quod reflectentes supra illud, nesciamus an certò pertinet ad gradum requisitum pro vera probabilitate. Rursus fieri poterit, ut ipsa illatio sit solum probabilis. Ergo consequens, id est probabilitas quæsita, solum probabilitate innoteat.

R. P. A. Terilli, Regula Morum PARS I.

13. Objicit tertio. Probabilitate scibia non sunt Objectio 3 scibia; modus enim ille probabilitate adductus scibili, destruit scibile, quia non est simpliciter scibile, sed solum secundum quid, & simpliciter opinabile, quod per scientiam sciri non potest, sed ad summum opinative credi. Ergo probabilitate probabilita non sunt probabilia, nec per opinionem haberi possunt, sed ad summum remanent dubia, quia modus ille, additus probabili, tollit simpliciter probabile, & facit illud probabile secundum quid, simpliciter autem dubitabile.

Respondeo, ex dictis constare, antecedens esse falsum; unde negatur consequentia. Aequivocatio in hoc latet, quod probabilitate scibile demonstrari ac sciri nequeat per illud medium, per quod solum probabilitate innoteat. At non repugnat illud idem ab alio, aut postea ab eodem sciri per aliud medium, ut evidens est in exemplo eclipsi futurae superiori allato. Jam quoad hoc, eodem modo se habet probabilitate probabile; illud enim non potest demonstrari probabile per illud medium, per quod solum probabilitate creditur esse probabile, sed per aliud potest. Nec tamen probabilitas illata manet dubia, sed est manifeste opinata, & illata ex motivo probabili legitimè, vel certe probabilitate illam inferente.

14. Objicit quartò. Qui probabilitate opinatur probabilita, deberet explicare suam opinionem: mibi videatur hoc mibi videri. Immo debet sine fine dicere, mibi videtur mibi videri, mibi videri &c. Ratio est, quia non potest simpliciter dicere, hoc mibi videtur, quia hoc dici nequit, nisi de probabili manifesto, cum sit propria enunciatio talium. Ergo debet restingere orationem, & dicere: mibi videatur hoc mibi videri. Sed ipsa probabilitas probabilitatis non proponitur ut certa, sed ut probabilitate probabile. Ergo aliud videri addendum est, & sic in infinitum. Hæc autem absurdia sunt & ridicula. Ergo non contingit talia opinari.

Respondeo, taliter opinantem sic proferre Probabilitas suam opinionem; probabilitas hujus propositionis mibi videtur dari in rerum natura: in qua locutione probabilitas, qua affirmatur dari, est purum objectum intellectus, non actus existens in mente: è contra, illud mibi videtur significat actum probabilem in mente existentem, per quem probabilitas illa objectiva mibi innoteat. Ecce huc fistimus in terminis claris, & scimus quid singuli significent, absque ulla confusione aut repetitione ejusdem. Falsum proinde est, quod taliter opinans simpliciter dicere nequeat, probabilitas objectiva hujus opinionis mibi videtur dari, cum probabilitas illa objectiva sit propriè probabilis, & mibi probabilitate innoteat per actus, si velis, certè & evidenter probabiles. Itaque transeat, quod vox videtur significet probabile manifestum, quia significat præmissas & illationem formalem, per quas objectum innoteat. Has autem admitto saltem sèpè esse evidenter probabiles. At terminus hoc, seu objectum, quod videtur, non debet esse evidenter probabile, quia est res, quæ ex vi præmissarum probabilitum inferuntur, & non potest certius cognosci, quam veritas præmissarum innoteat.

15. Quod si dicas, phrasim hanc, hoc mibi videtur, esse propriam rerum probabilitum: responderemus, id est, si proprium objecti per motivum probabile cogniti. Hoc certè in casu nostro reperiatur, quia probabilitas opinionis talis directè affirmatur dari ob motivum probabile. Hinc constat, probabilitatem activam, seu probantem

B b

existen-

existentiam probabilitatis passiva seu objecti propo-  
plici, esse posse evidenter. Unde sequitur, nul-  
lum dari processum vel umbram processus infinitum. Ceterum evidenter falsum est illud, hoc  
michi videtur, non posse dici nisi de probabili mani-  
festo & certo, cum omnes haeretici, omnesque  
temere judicantes dicant, hoc mihi videtur, neque  
tamen illud cadit supra probabile certum & evi-  
dens, cum illorum asserta sint prorsus improba-  
bilis.

**Objec<sup>tio</sup> 5.** 16. Objicit quinto. Qui dicit probabilitem probabile, vel nigratur idem bis repetendo, vel certe  
nil omnino dicit, sicut qui diceret, demonstrativè  
demonstratum. Ratio est, quia si terminus probabi-  
liter, qui à probabili dicitur, retineat suam signifi-  
cationem, nil significat, cum ab alio non derive-  
tur quam à probabili. Ergò implicat probabilitem  
probabile. Ita Celladeus.

Qui dicit probabilitem probabile non dicit idem bis.  
Respondeo, per tales locutiones idem bis non  
repeti: Probabile significat objectum cognitionis, &  
Probabilitem significat modum, seu actum, quo co-  
gnoscitur. Porro quia haec duo sunt evidenter di-  
versa in probabilitate directa propositionis, quando  
illa later, & per alias cognitiones investigatur,  
ideo adverbium Probabiliter congruè adjicetur ad-  
jectivo Probabili: quia adjectivum significat rem  
cognitionis; adverbium, verò indicat modum, quo  
cognoscitur, & à quo probabilitas, quæ est ob-  
jectum questionis, denominatur probabilis. Quod  
si in aliis casibus adverbium non rectè adjicetur  
nomini, à quo derivatur, id est, quia modus si-  
gnificatus per adverbium non differt à re per no-  
men significata. Sic juxta communem loquendi  
modum incongruè dicitur aliquid demonstrativè  
demonstratum, quia terminus demonstratum signi-  
ficat cognitionem demonstrativè, seu per demonstratio-  
nem, ideoque per tales voces idem repetitur. Ca-  
terum si quis non solum directe demonstraret ali-  
quid, sed postea ex regulis logicæ reflexè ostendere, se veram ac legitimam demonstrationem  
attulisse, de tali homine dicere possemus, quod  
demonstrativè demonstrasset talem rem, seu quod  
idem est, talem rem fuisse demonstrativè demon-  
stratam; quia in tali casu adverbium longè aliud

significaret, quam nomen repræsentat; demon-  
stratio enim directa esset objectum discursus re-  
flexi, ideoque intenderemus dicere, objectum  
illud, seu actus, ex quibus directa demonstratio  
constabat, reflexè consideratos in ratione objecti,  
esse conformes regulis Logicæ, ac proinde con-  
stituere veram ac legitimam demonstrationem.  
Ergo non implicat probabilitem probabile; sed ex  
adverso certum est, quod detur objectum solum  
probabilitem probabile quoad nos.

### ASSERTIO III.

Celladeus in hac sua doctrina aperte contra-  
dicit iis, qua maximè ex professo tradit  
de essentia vera probabilitatis, quæq; ex-  
minanda erunt infra quest. 37.

**P R O B A T U R.** Celladeus agens de pro-  
babilitate vera & secundum esse, seu de ro-  
probabilis, quod vocat positivum, exprestè tradit,  
nil falsum esse probabile, quia omnia falsa sunt  
mera sophismata. Secundò, consequenter ad hoc  
docet, veram probabilitatem non minus latè, quam ipsam veritatem. Ex his autem evidenter  
sequitur, veram probabilitatem in principiis ipsius  
non posse nobis aliter innescere, quam proba-  
biliter, quia si evidenter innesceret, etiam veri-  
tatis rei esset evidens, & consequenter nullus pro-  
babilitati locus superesset. Ergo evidenter sibi  
contradicit, quia hic ex profeso contendit, nullam  
probabilitatem posse probabiliter cognoscere;  
cum alibi doceat, etiam quam maximè ex pro-  
fesso, nullam probabilitatem aliter innescere  
posse, quam ipsa veritas innescat. At veritas  
in probabilitibus non certò, sed solum probabilitate  
innescit. Ergo & probabilitas. Ergo Cel-  
ladeus non incidenter, sed in materia ex professo  
tractatis aperte sibi contradicit. Hæc sunt incom-  
moda, quæ illi facilè incurruunt, qui tritam viam  
deferentes, in pluribus per novas prorsus vias in-  
cedunt; priuquam enim periculum advertant,  
in plura præcipitia ruunt.



QUÆ-